



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

106 An Commenda vel etiam Pe[n]sio permutari possit cum beneficio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

106
An Cōmen-
da vel etiam
pensio per-
mutari pos-
sit cum bene-
ficio.

tes nostros an beneficij commenda quæ dici-
tur in libris nostris, permutari rectè possit cum
beneficio : quod iustius etiam de pensione ist-
hac beneficii quis quærat. de commendis lo-
quitur Bonifacius octauus in c. nemo dein-
ceps. de elect. lib. 6. Ac licet varij variè respon-
deant, equidem iuri perpetuo conformius esse
reor, neque commendas istas neque pensio-
nes beneficiales cum beneficiis permutari pos-
se. cuius meæ sententiæ rationem hanc adfero
satis viam, quòd huiusmodi spiritualia vel
spiritualibus annexa non cadant in commer-
cium nisi quatenus iure permissum inuenia-
tur: atqui non inuenitur vsquam expressè per-
missa talium cum beneficiis permutatio, sed
solorum beneficiorum inter se; sicuti per cla-
rissima singulorum quinque capitulorum ad-
hoc permutationis beneficiæ argumentum
pertinentium verba docemur, ac præcipuè
duorum postremorum, nempe capit. vni-
lib. 6. & Clementinæ vnicæ de rer. permutat.

107
Expectantes
an possint
permutare.

Quibus & expectantes qui dicuntur à permu-
tando prohiberi videntur, cum beneficij ni-
hil habeant eatenus in ipsa re, sed in sola
spe; contractu permutationis beneficiæ cer-
tum præsensque beneficium necessariò postu-
lante.

Veniamus iam tandem ad singulas capituli
nostri clausulas.

108
Sent. conte-
ntus de resi-
gnatione hic
facta.

Ait Pont. *resignauit, & post resignationē, &c.*
Sed vbi fiebat hæc resignatio? proculdubio
in manibus ordinarij id est Episcopi, licet
liquet